

Dardanium totiens sudarit sanguine litus?
 non ita. namque etsi nullum memorabile nomen
 feminea in poena est, habet haec victoria laudem:

60 extinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis (585)
 laudabor poenas, animumque explesse iuvabit
 †ultricis famam et cineres satiasse meorum'.
 talia iactabam et furiata mente ferebar,
 cum mihi se non ante alias'

65 periit autem Tarenti in Apuliae civitate. nam dum Meta-
 pontum cupit videre, valetudinem ex solis ardore contraxit.
 sepultus est autem Neapoli. in cuius tumulo ab ipso com-
 positum est tale distichon:

-70 'Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
 Parthenope: cecini pascua rura duces'.